

Mense ianuarii, die .xxx.<sup>(a)</sup>, defunctus est Leo Magnus o Makkellis, relinquens imperatorem<sup>(b)</sup> Leonem, nepotem suum, et repositum est corpus ipsius in templo Sanctorum Apostolorum<sup>(c)</sup>, in pila<sup>(d)</sup> thesalonica<sup>(e)</sup>, hoc est in exprusio lapide<sup>(f)</sup>. consepulta est cum eo<sup>(g)</sup> post longum<sup>(h)</sup> tempus Veneria<sup>(i)</sup>, uxor eius. regnavit 5 ann. .XVIII.

Mense aprilis, nono die, defunctus est Çeno imperator, et sepultus est in templo Sanctorum Apostolorum, in labro thesalonico<sup>(k)</sup>. vox autem audita est de sepulcro usque ad tertium diem: «miseremini mei», propter quod, cum<sup>(l)</sup> oderetur<sup>(m)</sup> ab uxore sua 10 Arthemia et omni populo, non est apertum sepulchrum ipsius. regnavit ann. .xvii.

Mense iulii, die<sup>(n)</sup> .viii., defunctus est Anastasius, cui super nomen o Icoros<sup>(o)</sup> fuerat. fulminatus est a fulmine<sup>(p)</sup>, et sepultus est<sup>(q)</sup> in templo Sanctorum Apostolorum, in labro porfiretico<sup>(r)</sup>, 15 cum Ariathne, uxore sua, que<sup>(s)</sup> antea ibi sepulta erat<sup>(t)</sup>. regnavit ann. .xxvii.

Mense augusti<sup>(u)</sup>, die<sup>(v)</sup> quinto, defunctus est Iustinus imperator, qui dictus est primus, et sepultus est<sup>(x)</sup> in templo Sanctorum Apostolorum<sup>(y)</sup>, in parte dextra, in labro porfiretico<sup>(z)</sup>, quo positus<sup>(aa)</sup> 20 est ipse Iustinianus imperator, pro eo quod non capiebatur pila ipsius<sup>(bb)</sup> Cesaris<sup>(cc)</sup> Magni Constantini, cum Eufemia, coniuge sua, que iam ante illum migraverat. regnavit ann. .viii.

Mense novemboris, die tercia, defunctus est Iustinianus, christianissimus imperator, qui fabricare iussit<sup>(dd)</sup> Agya<sup>(ee)</sup> Sophia, et positus est<sup>(ff)</sup> in templo Sanctorum Apostolorum, in magno sepulchro, 25 quod ipse composuit et hedificavit, in labro<sup>(gg)</sup> lapideo, qui dicitur iritionos, bithinio<sup>(hh)</sup>. non cum coniuge sua Theodora in pila

(a) *S om.* mense - .xxx. *Va* die ultimo      (b) *D* imperator      (c) *Va om.* in pila porfiretica - Sanctorum Apostol. *ed agg. in calce il paragrafo relativo a Leone Magno.*  
 (d) *Va* pila      (e) *S* thesalica      (f) *Va om. e corr. hoc - lapide D om. In*  
 (g) *D Va om. cum eo*      (h) *S logum*      (i) *Va corr. et sepulta cum eo Veneria*      (k) *D*  
*tesalonico*      (l) *S om. cum Va eo*      (m) *Va corr. hoderetur D hoderunt*      (n) *Va dies*  
 (o) *S dicoros*      (p) *S Anast. - fulmin. a fulmine octavo die mensis iulii defunctus est*  
 (q) *S om. et sep. est*      (r) *D porferitico*      (s) *Va quod*      (t) *Va fuit*      (u) *S agusti*  
 (v) *Va dies*      (x) *S om. est*      (y) *Va om. apostolorum*      (z) *D porferitico*      (aa) *D*  
*compositus ed om. est Va posuit*      (bb) *D capiebat corpus eius pyla*      (cc) *S Va visari*  
 (dd) *D iusit*      (ee) *S agia*      (ff) *S om. est D Va positum*      (gg) *Va libro*      (hh) *D bithinio*